



## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

10. Conclusio. Magi & malefici potestate Dæmonum instructi, possunt tempestates mouere, pluuias, tonitrua, grandinem pruina[m], aliaq[ue] meteora producere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

ficia foluere per opera pia & Eccleſiaſtica, vt pote exorcifmos, ſacramentalia, ſacramentorum frequentationem, orationes, ieiunia, aliaq; pietatis exercitia, de quibus in cap. Si perfortiaras.

10. Concluſio. *Magi & malefici poteſtate Demonum inſtructi, poſſunt tempeſtates mouere, pluuias, tonitrua, grandinem pruinam, aliaq; meteora producere,*

*Iob. 1. et 2.* **P**ROBATVR ex hiftoria Iob. Sathane pro-  
 curatione, ignis de celo cecidit, & tactas oues,  
 puerosq; conſumpſit, & iterum: vehemens  
 ventus irruit à regione deſerti, & concuſſit  
 quatuor angulos domus, quæ corruens, op-  
 preſſit liberos. & in Pſal. 77. Et occidit in gran-  
 dine vineas eorum, & moroseorum in prui-  
 na. Et tradidit grandini iumeta eorum, & poſ-  
 ſeſſiones eorum igni. Miſit in eos iram indig-  
 nationis ſuæ, indignationem, & iram & tribu-  
 lationem, immiſſiones per Angelos malos, &c.  
 Super quæ verba legendus eſt Auguſtin. Idem  
 patet in C. de malefic. & mathemat. L. Multi.  
 Verb. Elementa turbare, & ibidem L. eorum:  
 cuius verba ſunt. Eorum eſt ſcientia punien-  
 da, & ſeueriſſimis merito legibus vindicanda,  
 qui magicis accincti artibus, aut cõtra ſalutem  
 hominum moliti, aut pudicos animos ad libi-  
 dinem deflexiſſe deteguntur. Nullis verò cri-  
 mina-

minationibus implicanda sunt quæ sita humanis corporibus remedia, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemijs metuerentur imbres, aut ventis & grandinis lapidatione quaterentur, quibus nõ cuiusq; salus aut æstimatio læderetur, sed quorum proficit actus, ne diuina munera, & labores hominum sternerentur. Hæc in d. L.

Probatnr ratione. Omnia meteorologica, vt constat ex libris Aristotelis Meteorologicis generantur in regione aeris ex concursu elementorum & caussarum naturalium. Sed demonibus hæc inferiora subiacent quo ad motum localem, Deo permittente: ergò.

II. Conclusio. *Quæ ex proxima elicitur: Magi & malefici possunt efficere sterilitatem, & rerum necessariarum ad conseruationem humana vitæ inopiam.*

PROBATVR. Omnia quæ in terra crescunt & necessaria sunt ad sustentationem hominum, dependent ex motu & influentia corporum cœlestium, & elementorum temperamento. Si igitur elementa turbentur, tempestates ventiq; sine ordine & modo excitentur, necnon grandines & pruina immittantur, quæ agris, vineis, arboribus & frugibus noceant: sequuntur sterilitas & rerum inopia.

Q 5

12. CON-